Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

speciei de manu dñi qm̃ dextera sua texet eos ⁊ brachio sc̃o suo defendet illos. Accipient arma iustitiæ zeli illius ⁊ armabit creaturam ad ulcionem inimicorum. Induent pro thorace iustitiam ⁊ accipient psalea iudicii certi. Sument scutum inexpugnabile equitatis. Ibunt directe emissiones. Et ad certum locum deducet illos dñs ds nr.

Alla. ℣ Mirabilis dominus nr̃ in sanctis suis. Scdm mathm.

Illo tem dixit ds. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes ⁊ simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in conciliis ⁊ in synagogis suis flagellabunt uos ⁊ ad p̃sides ⁊ reges ducemini propter me in testimonium illis ⁊ gentibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabit enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem in mortem ⁊ pater filium. Et insurgent filii in parentes ⁊ morte eos afficient. Et eritis odio omnibus p̃ nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Off. Lætamini in dño ⁊ exultate iusti ⁊ glorammini omnes recti corde al. Secreta. Hostia hec qs dne qm̃ sc̃orum tuorum natalicia recensentes offerimus ⁊ uincula nre prauitatis absoluat ⁊ tue nobis mne dona conferat. Com. Gaudete iusti in dño alla. rectos decet collauda cõ al. Comp. Sacro munere sacrati supplices te dne deprecamur ut quod de diuine seruitutis celebramus officio saluatoris tui sentiamus auxilium. P. In natali beati georgij martiris.

Protexisti me ds a conuentu malignantium al. a multitudine operantium iniquitatem al. ℣ Exaudi ds orationem meam cum deprecor. Alla. Deus qui nos beati georgij martiris tui meritis ⁊ intercessione letificas